

hoc esse notabile & quotidianum, Text. in leg. Alienationis verbum. ff. de Verbor. significatio. text. in leg. Bona fidei. versic. Nec interest. ff. de Acquir. rer. domin. text. in leg. 1. & per totum, Cod. Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit, text. cum materia in leg. unic. Cod. Si adversus usucap. text. in leg. fin. Cod. in quibus. caus. restit. in integ. non necesse. text. in leg. 3. Cod. Quibus non obicitur longi tempor. pres. text. in leg. fin. §. Sin autem sub conditione, Cod. commun. de Legat. Textus notab. & melior ceteris in leg. 2. Cod. de Usucap. pro empt. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in leg. Filiusfamilias. §. Divi. ff. de Legat. 1. penult. column. & quast. & ibi Joan. de Imol. penult. column. Alexand. antepenultim. column. num. 28. Jas. penult. column. num. 75. Abb. Panorm. qui notabiliter loquitur in cap. Cum non liceat extra de prasc. 3. column. cum sequenti. & ibi communiter Canonistæ.

Quod tamen primò notabiliter limita & intellige, præterquam si præscriptio fiat videntibus & consentientibus his in quorum favorem fuit facta prohibitio; quia sicut possunt consentire alienationi, ut in leg. Nihil. §. Omnibus. ff. de Legat. 1. ut in leg. Cum pater. §. Liberi. de Legat. 2. & in leg. Quoties, la. 1. Cod. de Fidei. commiss. ita possunt consentire præscriptioni. Et in expresso ita tenet Bartol. in leg. Filiusfamilias. §. Divi. ff. de Legat. 1. penultim. column. & quast. & ibi communiter Moderni. Joann. de Imol. notabiliter in dict. leg. Ubi lex, in fin. ff. de Usucapion. (f)

Secundò limita & intellige, quòd bona ma-

pio, vel longi temporis præscriptio, quæ alienatio legalis est, & alienationis verbo continetur; text. in leg. Alienationis. ff. de Verbor. sign. quam in id omnes DD. citant; & in specie hanc sententiam tenent Matienz. in leg. 8. tit. 7. lib. 5. gloss. 5. num. 11. Pinell. in Authent. nisi tricennale, num. 30. Cod. de Bonis mater. dicens, ab omnibus illum textum allegari; sed ipse improbat illum textum, & aliter eum intelligit. Et videas omninò de hujus articuli resolutione Alciati. respons. 54. n. 14. & resp. 97. num. 36. & Mieres in tract. Majorat. 4. part. quast. 21. per totam.

(f) Quæ tamen limitatio non potest procedere in majoratu perpetuo; nam in eo non possunt dici consentire unquam omnes de familia in alienatione seu usucapione, vel omnes quorum interest; quia ultra viventes, ad futuros majoratus extenditur, quod multi graves Viri non advertunt, ut rectè per Pinell. in Authent. nisi tribuenda, num. 54. Cod. de Bonis mater. tradit Matienz. in leg. 8. tit. 7. lib. 5. num. 34. in majoratu autem qui intra certas personas terminatur, tantum procedet, ut per eosdem ubi supra.

(g) Et communis resolutio est ut præscriptio bonorum majoratus etiam longissimi temporis non noceat successoribus, & in specie hoc asserit præter allegatos, Marian. Socin. Junior consil. 126. num. 27. Parisius consil. 23. num. 199. lib. 1. & in cap. cum non liceat, num. 18. in fin. de præscript. Gregor. in leg. 2. tit. 26. part. 4. gloss. magn. column. ultim. versic. Sit quartus casus, Menchac. lib. 1. de Success. creatione, §. 26. num. 31. cum pluribus aliis relatis à Matienz. in leg. 8. tit. 7. lib. 5. comp. gloss. 5. num. 25. ubi dicitur, idem est in leg. 2. tit. 26. part. 4. gloss. magna.

(h) Prout tenet Gregor. in leg. 10. tit. 26. part. 4. gloss. magna 6. column. versic. Similiter. Nec obstat, Menchac. de Success. creat. §. 26. num. 126. & sequentibus. Contrariam tamen sententiam tenet Pinel. in Authent. nisi Tricennale, num. 23. Cod. de Bonis mater. esseque receptionem sen-

juncta Glossa, in cap. 1. §. Quid ergo de Investitura de Re aliena facta, in lib. 2. Feudorum, & ibi expressè notat Bald. & communiter DD. & adducit ibi Bald. talem rationem; quia cui non nocet pactio ejus, non nocet contra se lapsa præscriptio. Probat etiam text. in cap. 1. §. Præterea, de capitulis Corradi, cujus verba sunt: Præterea ut liceat dominis omnes alienationes fundi factas nulla obstante præscriptione revocare; & ibi notat Andr. de Isern. & alii DD. text. in cap. 1. versic. Nos autem, de prohibita feudi alienatione per Federicum. ibi: Nullius temporis præscriptione impediente.

Tertiò & singulariter limita & intellige, quòd bona majoratus, vel prohibita alienari, non possunt præscribi, quando titulus fuit habitus ab ipso prohibito alienare; secus tamen est quando fuisset habitus ab aliquo tertio non prohibito; quia tunc possessor qui habet causam ab eo, licet possit præscribere: Ita singulariter determinat Bald. in leg. 2. in fin. Cod. de Usucapion. pro emptor. quia prohibitio est personalis, & constituens majoratum, tantum potuit obligare successorem ejus universalem vel particularem, quia ab eo habuit causam; non verò alium tertium; & cum Bald. transeunt ibi DD. Idem etiam tenet Bald. qui non allegatur, in rubric. extra, de præscription. fin. column. Tenet etiam & reputat subtile & quotidianum Paul. de Caltr. in leg. fin. §. Sed quia, Cod. commun. de Legat. fin. column. & ibi Jas. in Authent. Res quæ, eodem titul. 1. column. Idem etiam videtur apertè tenere Petr. Cyn. Bald. Salyc. Paul. & communiter DD. in leg. fin. Cod. In quib. caus. restit. in integ. non est necess. Idem etiam tenet & valdè commendat Franc. Bald. in tract. de præscript. 5. part. princip. 5. quast. Franc. de Rip. in leg. Filiusfamilias. §. Divi. ff. de Leg. 1. 25. column. num. 115. & ibi Joan. Crot. 32. column. num. 144. Ferdinand. Loaz. 75. column. n. 101.

Sed salva pace tantorum Doctorum, ego teneo contrariam sententiam, imò, quòd prædicta bona majoratus, vel prohibita alienari, non possunt præscribi, modò titulus sit habitus ab ipso prohibito, modò à tertio. (i) Primò, quia prohibitio alienationis afficit rem, ut perpetuò non possit alienari; non verò dicitur prohibitio personalis: Ita probat text. in leg. 2. Cod. de Usucap. pro emptor. ubi dicit text. quòd res prohibita alienari est impræscriptibilis; & sic vi-

tium vel impedimentum est in re, non in persona; & ad hoc illum textum dicit singularem & unicum Bald. in cap. Quoniam frequenter. §. In aliis 2. column. ut lite non contest. ergo non debet fieri aliqua differentia, modò alienetur ab uno, modo ab alio.

Secundò pro hac mea sententia & conclusione considero noviter & subtiliter textum singularem & unicum in suo casu in leg. Fundum. ff. de Fundo dotal. ubi dicit textus, quòd si aliquis vendidit vel alienavit alteri fundum alicujus mulieris, & postea ista mulier contraxit matrimonium cum Titio, & constante matrimonio illa res fuit præscripta culpa & negligentia mariti, ipse tenetur solvere æstimationem uxori. Nec obstat si dicatur, quòd res dotalis non potest præscribi. Quia illud est verum quando præscriptio incipit constante matrimonio, & sic postquam jam res esset dotalis; secus tamen est, si præscriptio inciperet antequam esset dotalis; quia tunc bene potest præscribi. Ista est principalis decisio illius text. & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordin. Odofred. Bart. Bald. & communiter DD. idem Bartol. Paul. & communiter DD. in leg. fin. Cod. In quibus caus. in integ. restit. non est necess. & illum textum ad hoc reputat singul. Salyc. in leg. 1. in fine, Cod. de Longi tempor. præscript. illum etiam reputat singul. & unicum Bald. in rubr. extra, de caus. poss. & propriet. 3. column. num. 10. & sic ille textus tantum se fundat in eo, quòd fundus fuit alienatus antequam daretur in dotem, secus tamen est si postquam esset dotalis, tunc non posset præscribi, modò alienetur à marito, modò à quolibet tertio.

Tertiò pro hac sententia & conclusione considero legem 45. infra. His ll. Taur. ubi disponitur, quòd in successorem majoratus transit utraque possessio, tam civilis, quam naturalis, etiam si bona sint ab alio occupata: ergo ille tertius nullo modo potuit præscribere, cum non habeat civilem possessionem, quæ est causa præscriptionis. Sed istud fundamentum omninò non urget: Quia procederet quando in vita possessoris non essent bona præscripta; secus verò si completa esset præscriptio; quia tunc non transiret aliqua possessio in successorem. Quartò facit; quia ratio prohibitiva alienationis militat etiam in hoc casu, ne bona alienentur & diminuantur, & conservetur memoria constituen-

sententiam testatur Menchac. ubi supra n. 128. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 10. num. 2. hancque opinionem latissimè prosequitur Matienz. in leg. 8. titul. 7. lib. 5. gloss. 1. n. 25. usque ad 33.

(i) Eandem tenet Suar. allegatione 3. Gregor. in leg. 10. tit. 26. gloss. magna, versic. Sit tertius casus, part. 4. Molin. dict. leg. 4. & 10. num. 1. & lib. 10. & 4. num. 22. qui latè eam defendit.



tentis. Quintò facit; quia titulus vel causa quæ est habilis ad transferendum dominium, si traditio fiat à domino, in eisdem casibus titulus vel causa est causa ad transferendam usucapiendi conditionem; & è converso, illa quæ non est habilis ad transferendum dominium si traditio fiat à domino in eisdem, non est sufficiens ad præscribendum, si traditio fiat à non domino; text. est in leg. *Clavibus. ff. de Contrah. empr.* Sed in nostro casu titulus habitus à successore & possessore majoratus, non est habilis: ergo nec habitus à tertio. Confirmatur, quia si concludio Bald. & communis, & ejus ratio procederet, sequeretur quòd etiam si titulus esset habitus ab ipso gravato, causaret præscriptionem saltem 30 ann. quia licet titulus non valeat, sola bona fides & possessio per 30. ann. sufficeret, ut in leg. *Si quis emptiois. §. 2. de Præs. 30. vel 40. ann.* Sed consequens est falsum: ergo &c.

Sextò limita & intellige, præterquam si ille tertius possessor habuit & præscripsit prædicta bona majoratus, vel subjecta restitutioni, per tempus immemorabile; quia tunc non possunt ab eo avocare: Primò, quia non posset cognosci, an ille tertius habuit prædicta bona ante prohibitionem, vel postea? unde, merito poterit ea retinere. Secundò, quia possessio per tempus immemorabile habet vim legitimi tituli & concessionis; text. est in leg. *Ex hoc jure. §. Ducrus aquæ. ff. de Aqua quor. & astiva*, cujus verba sunt: *Ductus aqua cujus origo memoriam excesserit jure constituti loco habetur*; text. in leg. *1. §. fin. ff. de Aqua pluviali arce.* text. in leg. *penult. in fin. ff. de Probat. text. in cap. Hæc quippe, 3. quest. text. in cap. Conquestus, 3. quest. 9. text. in cap. Mos antiquus, 65. distinct. text. in cap. Super quibusdam de Verbor. sign. text. in cap. 1. de Præscription. lib. 6. (k)*

91 Trigesimoseptimò principaliter quæro, an bona majoratus, vel prohibita alienari, possint per delictum confiscari, in casibus in quibus bona veniunt confiscanda? Et magistraliter & resolutivè dico & teneo quòd non: imò, debent restitui proximiori successorì, qui secundum formam & tenorem majoratus vel vinculi reperitur vocatus. (l) Primò, quia confiscatio per delictum dicitur vera & perfecta alienatio; & valet argumentum: Ille non potest alienare per contractum, ergo nec per delictum: ita probat textus singularis in leg. *Imperator. ff. de Fideicommiss.*

(k) Idem etiam tenet Gregor. in leg. 10. tit. 26. part. 4. glossa magna in fin. Menchac. de Success. creat. §. 26. num. 126. Molin. lib. 4. cap. 12. n. 10. Matienz. in dict. leg. 6. tit. 5. lib. 5. gloss. 5. num. 36.

(l) Idem tenet Molin. alios referens in lib. in cap. 11. num. 1. & sequentib.

liberat. & ibi expressè notat Bart. & DD. antiqui. Socin. in leg. *Marcellus. §. Res qua. ff. ad Trebel. 2. column. in fine.* Secundò pro hac sententia & conclusione facit textus capitalis & expressus in leg. 3. ff. *de Interdict. & relegat.* ubi dicit textus, quòd ille qui commisit aliquod delictum, per quod bona veniunt confiscanda, tantum amittit bona propria sua, non verò ea quæ habuit à genere, vel à majoribus suis, cujus verba sunt: *Eum qui Civitatem amisit nihil aliud juris adimere liberis, nisi quod ab ipso perventurum esset ad eos si intestatus in Civitate moreretur; hoc est hereditatem ejus ad liberos; & si quid aliud in hoc genere reperiri potest; quæ verò non à patre, sed à genere, à Civitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia.* Et ibi ad hoc notat & commendat Bart. Alber. & communiter DD. Tertio facit textus expressus in leg. *Cum pater. §. Hereditatem, el. 1. ff. de Legat. 2.* ubi habetur, quòd si ille qui erat gravatus bona post mortem restituere, commisit delictum, per quod deportatus fuit; non confiscantur illa bona subjecta restitutioni, sed pertinent fideicommissario, cui aliàs deberet fieri restitutio; licet realiter non est facienda restitutio, donec gravatus delinquens naturaliter moriatur, sed medio tempore debent esse penes fiscum; & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Alber. Bald. Paul. Imol. Cuman. & communiter DD. Quarto facit text. in leg. 4. ff. *de Jure patronat.* ubi habetur, quòd jura patronatus quæ ad hæredes extraneos non possunt transire, ut jus successionis, vel jura obsequialia, non confiscantur, sed reservantur liberis & descendentibus ipsius patroni condemnati; ibi notat Bartol. & Alber. text. in leg. *Divi fratres, eodem titul. text. in leg. etiam, Cod. de Obsequiis patronor. præstandis, text. in leg. Si libertinum. ff. de Bonis liber.* ubi habetur, quòd bona quæ spectant ad patronum in bonis liberti, non confiscantur per delictum liberti, sed eodem modo pertinent sibi, ac si libertus sua morte decessisset. Quintò facit text. in leg. *Emancipatum, §. fin. ff. de Senatorib.* ubi habetur, quòd si avus & pater fuerunt Senatores, & pater commisit delictum per quod efficitur infamis, non amittit filius privilegium Senatoris, quod competit sibi ex persona avi, licet amittat privilegium, quod competit sibi ex persona patris. Sexto facit textus singularis & unicus in suo casu in leg. *Si dotem. Cod. de*

de Jure dotium; ubi habetur, quòd si pater vel extraneus stipulatus est dotem sibi reddi, & mulier commisit delictum propter quod bona ejus veniunt confiscanda; non confiscatur illa dos patri vel extraneo debita ex suo contractu; & illum textum reputat unicum, & non alibi in suo casu Bald. ibi 2. lectur. & alii DD. ibi: Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Din. arguendo de feudo ad majoratum, in regul. non debet in fine de regul. jur. in 6. ubi dicit, quòd si pater possessor feudi commisit delictum, propter quod bona debent confiscari; confiscabitur illud feudum novum, quod incepit ab ipso patre, & immediatè ex ejus persona deberet filiis vel successoribus competere: Si verò pervenit ab avo, vel aliis majoribus, & in concessione feudi sunt vocati filii, vel descendentes, vel certæ personæ designatæ, & possessor ejus committat delictum per quod bona veniunt confiscanda, non debet tale feudum in præjudicium eorum confiscari: idem etiam in effectu tenet Bartol. in dicta leg. 3. de Interdict. & relegat. 1. quest. Cyn. in leg. 2. Cod. de Libertis & eorum liber. fin. quest. & ibi notat Bald. 2. column. num. 1. Salyc. 2. column. 8. Angel. Paul. & communiter DD. Gloss. ordin. & ibi Alber. Bald. & communiter DD. in leg. *Emancipatum. §. fin. ff. de Senator. gloss. & ibi notat Paul. de Caltr. & communiter DD. in leg. Adoptivum, fin. ff. de In jus vocan.* Joan. de Imol. in leg. *Stipulatio ista. §. Si quis ita, fin. column. & quest. ff. de Verbor. obligation. & ibi communiter Modern. Bald. in leg. Qui se patris, 9. column. versic. Et collige. Cod. Unde liberi, Bart. in leg. Si finita. §. Si de vctigalibus 1. col. & quest. ff. de Damno infect. & Joan. de Imol. 2. column. num. 5. Alexand. 8. column. num. 21. & communiter Modern. Platea in leg. *Privilegia 1. col. num. 2. Cod. de Decurionib.* Abb. & communiter Canonista in cap. fin. extra, de Feudis.*

Advertendum tamen est, quòd si constituens majoratum, vel pater faciens meliorationem, committat delictum, per quod bona veniant confiscanda, potest probabiliter dubitari, an confiscetur ille majoratus, vel melioratio? Et resolutivè teneo, quòd si tradita sit possessio, vel aliàs actus sit irrevocabilis, secundum formam & dispositionem leg. 44. Taur. infra his 11. non poterit confiscari; quia jus est quæsitum tertio. Si verò non sit tradita possessio, sed erat revocabilis; tunc videtur quòd possit confiscari; quia fiscus universaliter succedit in omnibus bonis, & in omni jure condemnato com-

pènti, ut in leg. 2. Cod. ad legem Jul. de vi, & in leg. Si constante, §. fin. ff. Solut. matrim. cum simul. unde, sicut ipse principalis constituens vel disponens poterat revocare per dictas leges Taur. ita fiscus, tamquam ejus successor. Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò, quòd non possit talis majoratus vel melioratio confiscari; quia bona alteri obligata, vel promissa, quantumcumque revocabiliter, quia donans vel promissor possit ea revocare, non veniunt in confiscationem; nec illa potentia revocandi transit ad fiscum; text. est singularis in jure in leg. *Res uxoris, Cod. de Donat. inter vir. & uxor.* ubi habetur, quòd donatio quam maritus fecit uxori constante matrimonio, vel è contra, non potest revocari per fiscum, licet talis maritus sit condemnatus per delictum, & bona ejus confiscata; & ad illum textum notat & commendat ibi Odofred. Petr. Cyn. Jacob. Butr. Alberic. Bald. Angel. & Salycet. & illum textum ad hoc summè notat & commendat Angel. in leg. *Filius, Cod. de Bon. proscript. in fine.* Pulchrum tamen & quotidianum dubium est: Si talis possessor majoratus, vel meliorationis vinculatæ, vel aliorum bonorum subjectorum restitutioni committat gravissimum & enorme crimen læsæ majestatis humanæ, vel crimen nefandum contra naturam Sodomiam; an prædicta bona majoratus, vel vinculatæ & subjecta restitutioni, confiscantur? in quo articulo magistraliter & resolutivè dico, quòd si in licentia & facultate Regia dictum fuit, quòd possint confiscari propter talia delicta; sine dubio confiscarentur; si vero dictum sit, quòd etiam propter talia delicta non possint confiscari; non confiscantur; quia in rebus & bonis suis potuit constituens vel disponens apponere legem, vel pactum quod voluit, argumento text. in leg. *Cajus Sejus. ff. de Manumis. text. in leg. Servus hac lege, eod. titul. text. in leg. Causam. §. Puellam eod. titul. text. in leg. 1. & per totum. Cod. Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur vel contrah. text. in leg. 1. & 2. Cod. de Jure emphyt. text. in leg. fin. Cod. de Rebus alien. non alien. text. in leg. Filiusfamilias. §. Divi, cum materia. ff. de Legat. 1. & in expressò, ex isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet Angel. de Perus. in leg. 2. Cod. de Libertis & eorum liber. 2. col. (m) Si vero in licentia & facultate, vel in ipsa dispositione non fuit dictum, quòd possint, vel non possint confiscari propter delictum; tunc videtur, quòd si possessor commisit aliquod ex prædictis delictis, con-*

(m) Et vide Molin. idem docentem latissimè in lib. 4. cap. 11. num. 63. & seqq. Anton. Gomez, ad Legem Taur. FF